



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vigesima nona Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

cuntur ecclesiæ, crudelissimè destruxerunt anno octingentesimo quinquagesimo sexto: deinde urbem Traiectensem. Vnde Hungerus cum paucis Canonicis anxie diffugit, & ad præsentiam Lotharij regis in Prumiensi monasterio se recepit.

*Ex Charta  
Lotharij.*

Vbi cum Gunthario sacri palatij summo Compellano Regiæ Clementiæ retulit ecclesiam suam barbarica nequitia ad nihilum redactam esse, Canonicis quibusdam interemptis, alijs dispersis, quibus infra regnum eius quietum locum tribui deprecabatur. Sua autem celsitudo in remedium animæ aui, & genitoris quondam Augustorum, nec non genitricis Hermingardæ, seu pro salute sua regniq; stabilitate in pago Maso super fluium *Rure* monasterium in honorem sancti Petri constructum, quod *Berg* nuncupatur, præfatæ Sedi Traiectensi sub omni integritate per omnia tempora tradidit, quatenus præsignatos seruos pro eius & prædecessorum salute libentius exorare delectet.

## Vigesima nona Decembris.

### *De sancto Hilduardo episcopo.*

*Ex officio Collegiatae ecclesiæ Teneramondensis, quod ad me misit, dominus Pastor Iacobus de Mera.*

**I**N ciuitate Teneramonda, natalis B. HILDVARDI episcopi & confessoris. Qui à Bertino Tullensi episcopo regeneratus & educatus, eidem à latronibus interfecto in episcopali onere successit. Urgebatur enim & cælesti visione, & ciuium ac Dagoberti postulatione. Superuenit autem Comes quidam, qui filium suum intrudere voluit: vnde sanctus Halduardus annu-

Decēbris 19.

NATALES

lum Dagobetto remisit; sed Comes ex diuina  
punitione didicit beatissimum Hilduardum esse  
reassumendum. Iuit autem sanctus præsul cum  
Brino & Bittino Romam, vbitalem à beato Pe-  
tro apparitionem accepit, vt se relicto episcopa-  
tu Steinburnam in Flandriam contulerit, quæ  
recentiori vocabulo Dickeluenna dicitur. Vbi  
primùm Deo lucratus est familiam viduæ apud  
quam hospitabatur, quam paulo post dux Magri-  
ptius, contra Christianam religionem ferociens,  
gladio feriri iussit; beatum autem Hilduardum  
virgis cædi, alijsque tormentis affligi. Cùm au-  
tem contra beatum virum grauiora meditabatur,  
tandem captus est per Euangelicum rete, & san-  
cto Petro Apostolo ecclesiam ædificauit, in qua  
sub Hilduardo, non tantùm Christianam, sed  
monasticam professus est religionem. Memora-  
tus autem præsul, post multam fidei prædicatio-  
nem gloriolo sine quieuit \* in *Dickeluenne*, vbi ad  
tumulum discipuli eius Brinus & Bittinus instan-  
ter orabant dissolui & esse cum Christo. Quo de  
loco viri Tenremondenses veneranda eius ossa,  
omni virtute famata, cum summo iubilo Tenre-  
mondam transtulerunt, die septima Septembris.  
Est autem Tenremonda Imperialis Flandriæ ci-  
uitas sub episcopo Gandauensi, nomen habens à  
Tenera fluuio. Dickeluenna autem est pagus agri  
Teneramondensis.

Anno 750.  
Meierus  
ubi cum  
vide.

Hoc sancto viro posterior est eiusdem nomi-  
nis Hildouardus episcopus Cameracensis, qui  
anno octingentesimo decimo quarto Nouio-  
mensi interfuit Concilio, cui præfuit Vulfarius  
Rhemenfis archiepiscopus.

Die